


B



QVONIAM vero de sphaera circulis verba fecimus, non abs re
 fuerit, paucis indicare, quonam pacto ex ipsis sphaera materialis sit co-
 ponenda, vel ob hanc solam vtilitatem, vt iudicium ferre possimus de
 quacumq; sphaera, num rite sit fabricata, & composita. Primo igitur
 parentur ex aliqua materia tres circuli inter se omnino aequales, diuisiq;
 in 360. partes aequales, quas gradus diximus appellari; Quorum duo
 ita coniungantur, vt se inuicem ad angulos aequales, nimirum rectos sphae-
 rales secent in duobus punctis, per quae extendatur axis mundi; eruntq;

E hi duo